



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

13. De adventu Magorum Hierosolymam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

AD ANNUM XXX.

IV. Et reversi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.
LUC. 2. V. 20.

MEDITATIO XII.

De circumcissione Domini.

I. **P**ostquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus IESVS: quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.
LUC. 2. V. 21.

MEDITATIO XIII.

De adventu Magorum Hierosolymam.

I. **C**um natus esset IESVS in Bethlehemi Iuda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicens: Vbi est, qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. *Matth. 2. V. 1. & 2.*

II. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes sacerdotum, &

TO VITA CHRISTI

Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. *Matth. 2. v. 3. & 4.*

III. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. *Matthæi 2. v. 5. & 6.*

MEDITATIO XIV.

De adventu Magorum in Bethlehem.

I. **T**Vnc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ire, & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. *Matth. 2. Vers. 7. & 8.*

II. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valde. *Matth. 2. Vers. 9. & 10.*

III. Et intrantes domum, invenerunt
puer.